


no 63

Illustri Viro, Constantino Hu:  
genio, Equiti, Domino de Zuybe  
com re. Principibus Aurais a  
Consiliis e. Secretis  
op het plain  
toe bevrægen. Hagam



Viro Serillustri Constantino Huyeno C. F.

S. P. Q.  
Ioannes Georgius Graevius.

Nihil mihi fuit optatius, quam ut cum nuperius cum Serenissimo Principe hanc urbem transires, coram Tibi tot periculis & molestiis huius expeditionis defuncto gratularer reditum, & hoc munusculum Tibi offerrem, pignus perpetuae meae in Te observantiae. Sed cum mihi non licuerit esse tam beato, sive per factorum meorum iniquitatem, sive quod iter Tibi fuerit praecipitandum in Principale praetorium, non potui mihi imperare, quin litteris hisce summum gaudium, quod ex Tua cepi incolumitate, testatum Tibi facerem, & has Tullianas epistolas Tibi, magnoque Tuo Parenti mitterem. Brevis sequentur alia disertissimi Romuli nepotum opera. Laetiam, quae nos tenebat, subito nec opina contaminat sollicitudo de inexpectato, quod suscipietis itinere, ut vota nunc nuncupemus pro vestro ita & reditu, Deumque veneremur, uti secundis ventis in beatam illam insulam celerrime transmittatis, ac ad nos



redeatis salvi & lacti, rebusque gestis ex sententia dulce  
illud ac desideratum pacis nomen vobiscum referatis. Huius  
voti si damnabimur, & vos rādicos brevit̄ videbimus, nihil  
poterit ad summam nostrae felicitatis accedere. Illustissimo  
Parenti Tuo rogo ut alterum tradas epistolarum exemplar  
meoque nomine illum quam officiose amantissimis verbis  
salutes, ac Nobilissimum Bergespeinium, nec non Isaacum Vossium,  
si in Anglia illum videris. Cui & Illustri Cottono, nec non  
Episcopo Oxoniensi misi quoque has epistolas. Num illis  
sint redditae brevi referre licet. Vale Vir Perilluosus  
& me ama. Trajecti Batavorum postidic Kalendar  
Octobris Julias clc lxxv.

dulle  
huus  
nikel  
iffima  
mpler  
rbir  
viffiam  
non  
milder  
vir  
dar

Handwritten text, likely a letter or document, written in a cursive script. The text is mostly illegible due to fading and bleed-through from the reverse side of the page. Some faint words and phrases are visible, such as "de heer" and "de heer".

